



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

12. Dies Novemb. Nummicula, non est Christicola. Petrus Damianus
opuscul. 12. c. 8.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

Novemb.

Tessera.

901

lem fecit, ut ad ejus contemplationem extrâ se aliqui
Ethnici raperentur; vix sui præ stupore compotes:
quiderit domus Dei, & aula cœli? Itaque ne coram
Deo fias despabilis, ut coram hominibus fias susci-
piendus, despice quam calcast erram, suspice, quod
speras cœlum. Est enim illud nimis quam cer-
tum, quod velim tibi persuadeas esse certissimum.

Non cœlum quaret, qui terra totus adharet.

12. DIES NOVEMB.

Nummicula, non est Christicola. *Petrus Damianus*
opuscul. 12.c.8.

Ut Deum I.
æstimes,
alia nihil
exstimes.

HAUSTA est hæc Tessera ex Pe-
tro Damiano. *Sicut*, inquit,
*qui Christum colit, jure Christi-
cola dicitur, ita & qui nummis*
*per custodiam servit, non immerito nummicola per-
hibetur.* Ut intelligas, quonam animo, desiderio,
& studio tendas, vide quid colas: despice quid de-
spicis, aut suspicis. Si tibi placet Deo displicere pro-
pter plebeim, es plebicolor, si colas Deum propter cœ-
lum, es cœlicola, sicut qui colit agrum dicitur agrico-
la. Fateor, plebem subinde vereri, sed & revereri, est
prudentiæ. Sic tamen uti Cælarius, de quo scite
scribit ejus frater Gregorius Nazianzenus. *Erat*, in-
quit, *intus Anachoreta, coram Aulicus* Trade subin-
de faciem mundo, sed cor reserba Deo. Tales fateor
plures desiderantur quam reperiantur. Plerique
homines æstimant extimâ, quæ patet larvâ, non inti-
mâ, quæ latet virtute; cum tamen aurea frœna me-
liorem equum non reddiderint, nec tu hoc ipso

LII

cris

902 *Christiani Militis* Novem
eris melior, si ornator; eris mollior, sed non melior.
Si putes te posse pariter & colere Deum, & illaque
non sunt Dei, idem hoc est, ac in furnum frigore
immittere panes. Perdis laborem, oleum, operam
quia nulla speranda est merces operis. Sicutum
tritum ad agnum, plenus venter, non studet liberatio
qui est plenus mundo cum sit vacuus Deo, non et
mirum, si non vacet ei vacare circa illa, qualem
Dei. At verò alii, qui ad magna nati feruntur a
sublimia, imis hinc contemptis, non auctoritate
humiles terræ glebas; sed venantur cœli stellæ.
Quia ad egregiarum rerum spem crecti, & ad
invecti, non terræ regionibus spem definiunt, sed
beatarum mentium domicilium, noctes diesque
gitant, atque in id omnes cogitationis impetrant
figunt.

II. Nolo tamen consilia consultissimo dare,
videar, ut dici solet, ex celo sidera, & arboribus ad
folia. Tametsi quis audeat tantum praefidere,
praesumere, ut non indigeat alieno consilio, mea
tot laqueos, pedicas, pericula, errores, sceleres
nōne ut olim ita & in praesentiarum, totus mudi-
dus in maligno est positus? nōne plurimi ac-
quam, sic bibunt iniquitatem? an non reperiuntur
ex hominum cœtu plurimi, de quibus discipul-
set, quod de Juliano dixit Gregorius Nazianzenus?
Post Herodem persecutor, & post Iudam proditor,
post Pilatum Christicida, post Judeos Dei hostis? Quis
non in suo gradu inflatur fastu? Quoties datur
dignitates in dignissimis, cum tamen, ut bene Pius
II. summus Pontifex, dignitatibus homines dandos fecit,
non dignitates hominibus; adeò ut dignitatum po-

Novemb.

Tessera.

903

tius habenda sit ratio, quam ambientium dignitates: ut videlicet dignitatum, ut ita dicam dignitati, honorumque honori consulatur. Quoties a mundo decepti, fidem tamen adhibemus decipienti, credunt se mundo qui cultores suos tam certò decipi, quam blandè excipit. Quid tamen ægrius sentunt homines, quam decipi ab homine, præferunt si frequens sit illa deceptio? nam juxta Petrum Venerabilem, *Primo falli incommodum, secundo sultum, tertio turpe.* Quid mirum, si mundus tam falsus fallat, si impostor imponat, si mendax decipiatur mendaciis? quoniam reperire est qui rebus suis parcunt, aliena avidissimè vorant: de alieno sunt profulssimi, de suo maximè tenaces: atque adeò in propria mensa sunt formicæ, in aliena vultures?

III. Omnes homines ad bravium currunt, sed quid juvat currere ad metam, si curras extra viam: (nam) ut prudenter Augustinus: *Melius it claudus in via, quam cursor preter viam:* quo enim iste velocius fertur, eò erroris ambitus grandiores facit, ægriusque redire in viam potest. Nihil refert navem impellere, nisi ducatur ad portum, quo tendit. Quam fatui mortalium pletique, qui in recta via ad vitam, & in Dei obsequio, claudicant extrà viam, & in mundi cultu velocissimè currunt, & celerimè tendunt, & validissimè contendunt. Satius est in via Dei esse vel testudinem, quam in via mundi leporum. Nam ut est proverbium; *testudo dormientem leporem antevertit.* Apologus sat notus est, testudo & lepus de celeritate certabant; constituto itaque die, locoque discessere:

LII 4

lepu

904 *Christiani Militis* Novemb.
lepus quidem propter naturalem velocitatem , in cursu negligentior factus , in via prostratus dormit testudo verò suæ conscius tarditatis , continuo cessit , sicque leporem dormientem præcurrens , v. Etiora p̄mum retulit . O quot sunt in via latant dormientes , sed perniciissimè & ideò perniciissimè currentes lepores : in via verò arcta , dormientes studines ; in obsequio mundi toti calidi , in Dei vero , toti frigidi , illic oculati , hic excœcati . Multi sunt Cosmophili , pauci Theophili ; quis non stupeat cum stupente , non tamen stupidus Alberto . Stupeat , n. quia nos posse credere Deum , esse Deum , & tamquam dè non ei servire . Sic rebus vilibus p̄æ omnibus Deus vilescit . O si sapi , fac quod suader Poeta :

Despice res viles , Christi fortissimemiles.

13. DIES NOVEMB.

Deo nec laboriosius aliquid quæritur , nec fñctio-
sius invenitur . *S. Augustinus serm , i. de Trin .*

Deus stu- I.
diosè
quæren-
dus.

Totum hominis vivere , nihil est , nisi aliquid quærere . Oculi dum vident , aures dum percipiunt , narēs dum odorantur , manus dum palpant , lingua dum loquuntur , pedes dum moventur , mens dum cogitat , caro dum desiderat , denique homo quoties aliquid agit , aliquid quærit . Sed non omnis qui querit , invenit . Sæpè invenit quod pœnitent inventi . Illud inter omnia & p̄æ omnibus , quærere , quo nihil potes invenire fructuosius . Noli illud querere quod reperisse te conquereris . Si quæris gaudium , frustra illud